

BALDVINVS PRAESVL TREVERENSIS.



Baldwin ex illustri comitum de Lützelburg familia, & Heinrici 7. Cæsaris frater extitit. Is à teneris annis optimis præceptoribus educandus traditur, atq; ingenuis artibus imbuitur. Accedebat etiam ad singularem doctrinam morum castitas, & uitæ integritas. Itaq; uacante sede Treuirensi eius loci Archiepiscopus electus est. Cum autem postea etiā Mathias Moguntinus antistes fato funderetur, Anno 1328 etiā Moguntinensi Ecclesiæ præficitur. Itaq; utrūq; Archiepiscopatum magna gloria administrauit, atq; suo exemplo clerum ad uirtutes pellexit, donec tandem anno Christi 1332 optimè suo munere functus mortalem uitam reliquerit, atq; in Ecclesia sua cathedrali Treuerensi sepultus fuerit. Anon. in Mog. Archiep.